



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXVIII. Quot Sacmenta instituit Christus, in nouo fœdere?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

c Gen. 17. 11. Circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum fæderis inter me & vos. Rom. 4. 11. Et signum accepit circumcisio signaculum iustitiae fidei, quæ est in præputio. Exo. 12. v. 9. Erit quasi signum in manu tua. &c.

b c RESP. In Vet. Test. erat id signaculum gratiæ promissionis: at in Nouo sunt instrumenta realis exhibitionis; ac signa gratiæ inuisibilis & presentis, in viu debito.

1. Cor. 11. Hoc est Corpus meum: Hoc facite in meam Commemorationem.

Si Hoc est; vt est: ergo realiter præsens Est Iphissimum; & non significatur absens. Hoc Facimus autem in Commemorationem Vnici Cruenti Sacrificij in Cruce oblati. Nil ligatur vel specie tenus concludit Caluinismus.

QUÆSTIO LXVII.

Num vira que igitur, & Verbum & Sacramenta, co-spectant, ut fidem nostram ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad unicum nostræ salutis fundamentum, deducant?

RESP. Ita est: sed non solum: Nam Spiritus Sanctus docet Euangeliō, & confirmat Sacramentis b, & Res. Sacramenti sanat, roboratque animas, doceque omnem nostram salutem. positam esse principaliter in unico sacrificio Christi, pro nobis in cruce oblati: unde ad incruenta Sacrificia & Sacramenta vis ex opere operato promanat: & per hanc ad nos.

a 1. Cor. 1. 23. 1. Cor. 3. 11. b Mat. 26. 28.

QUÆSTIO LXVIII.

Quot Sacramenta instituit Christus in nouo fædere?

RESP. Non duo solum Baptismum a, & sacram Cœnam b: sed & c, līa quinque: Confirmationem, Pænitentiam, Ordinationem, Matrem, & Extremam Vnctionem.

a In quæst. 71. b In quæst. 77.

DE BAPTISMO

DOMINICA XXVI.

QUÆSTIO LXIX.

Quâ ratione in Baptismo sanaris, admoneris & confirmaris, te unici illius incruenti sacrificij Christi participem esse?

RESP. Quod Christus externum aquæ lauacrum mandauit, a, addita hac promissione, me non minus certo ipsius sanguine & Sp̄itu, vi Sacramenti sic efficientis, à lordibus animæ, h. e. ab omnib. meis peccatis lauari; quam aqua extrinsecus ablutus sum, quæ fortes corporis expurgari solent b.

a In quæst. 71. b Tit. 3. 5. Act. 22. 16.

QUÆSTIO LXX.

Quid est Sanguine & Spiritu Christi ablatum in Baptismo?

RESP. Est accipere per Sacramentum à Deo remissionem peccatorum gratis, propter Sanguinem Christi, quem is pro nobis in suo Sacrificio,